

# Chronologia rei publicae Romanae

Anni sunt paene omnes a. C. n.

Historia	Res litteraria, philosophia
	ca. 750. Homerus
753. Urbs condita ab annis ca. 750. Graeci in Italia inferiore (Magna Graecia) et Sicilia insula civitates condunt.	
	ca. 700. Hesiodus
7.–6. saec. Roma fit urbs.	7.–6. saec. philosophi Ionici (Milesii)
ca. 500. Expellitur Tarquinius Superbus, incipit libera res publica Romana.	6.–5. saec. Pythagoras, Heraclitus, Democritus
451/50 <i>Leges XII tabularum</i>	470–399 Socrates
	455–396 Thucydides
387/6 Urbs a Celtis (Gallis) capta	427–347 Plato
	4. saec. sophistae
336–323 Alexander gentes ad orientem imperio suo subiecerat.	384–322 Aristoteles
340–288 bellum cum Latinis gestum	342–270 Epicurus
	320–240 Callimachus
291. missi legati ut Aesculapi signum Romam ab Epidaurio transferrent, 287. Plebs propter aes alienum post graves et longas seditiones ad ultimum secessit in Ianiculum, unde a Q. Hortensio dictatore deducta est lege Hortensia lata.	ca. 300–200 Zeno, Cleanthes, Chrysippus
281–275 Pyrrhus, Epirotarum rex, ut auxilium Tarentinis ferret, in Italiam venit. Bella cum Pyrrho.	ca. 280–260 floruit Theocritus
275. Roma Italiae domina.	
264–241 Bellum Punicum primum. ca. 250. nummi argentei Romae.	ab a. 264. Livii Andronici Odusia ca. 250–184 Plautus
	240. Livius Andronicus primus fabulam Romae docuit anno ipso ante quam natus est Ennius, post Romam conditam autem quarto decumo et quingentesimo.
218. Hannibal ad Alpes venit et laborioso per eas transitu descendit in Italiam	234–139 M. Porcius Cato
218–201 Bellum Punicum secundum. Roma orbis mediterranei ad occasum domina.	

Historia	Res litteraria, philosophia
204. Mater Idaea deportata est Romam a Pessinunte, oppido Phrygiae. Lapis erat, quem matrem deum incolae dicebant.	204. Ennius (239–169) Romam venit.
	ca. 200. Fabius Pictor de rebus gestis scribit
	195/185?–159 Terentius
	ca. 168–102 Lucilius
168. L. Aemilius Paulus in Macedoniam profectus vicit Persen totamque Macedoniam in potestatem redegit.	168. Polybius (ca. 201–120) obses Romae fuit.
	155. legati Atheniensium Romam venerunt, Carneades Academicus et Diogenes Stoicus; Cato in senatu decernendum censet ut legati ad scholas reversi apud pueros Graecos disserant, Romani vero adolescentes magistratus, ut ante, et leges audiant.
149–146 Bellum Punicum tertium	
146. Scipio Carthaginem expugnavit septingentesimo anno quam erat condita.	
L. Mummius cos. omni Achaia in deditionem accepta Corinthon ex S.C. diruit, quia ibi legati Romani violati erant.	
133–121 fratrum Gracchorum, trib. plebis,	135–51 Posidonius Apameus, philosophus
leges agrariae novae	
	116–27 Varro
111–105 Bellum Iugurthinum. Iugurtha vinctus Mario traditus est; in qua re praecipua opera L. Corneli Sullae, quaestoris C. Mari, fuit.	106–43 Cicero
109–105 exercitus Romani adversus Cimbro et Teutonos infeliciter pugnauerunt.	

Historia	Res litteraria, philosophia
105. Capite censos primus C. Marius difficillimis reipublicae temporibus milites scripsisse traditur, cum id factum ante in nulla memoria exstaret. — C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vasa et cibaria militis in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus et habile onus et facilis requies esset; unde et proverbium tractum est "muli Mariani".	
102–101 Marius Teutonorum Cimbrorumque exercitus delevit.	ca. 100–24 Cornelius Nepos
	100–44 C. Iulius Caesar
88. Italicis populis a senatu civitas data est.	ca. 97–55 Lucretius
88–82 bellum civile (Marii et Cinnae contra Sullam)	86–35 Sallustius
	84–54 Catullus
82–79 Sulla dictator factus.	81–80 Ciceronis orationes primae
73–71 IIII et LXX gladiatores Capuae ex ludo Lentuli profugerunt et congregata servitiorum ergastulorumque multitudine Crixo et Spartaco ducibus bellum excitaverunt.	70–19 Vergilius
	65–8 Horatius
63. coniuratio Catilinae	63–26 Cornelius Gallus
60. Caesare consulatus candidato et captante rem p. invadere conspiratio inter tres civitatis principes facta est, Cn. Pompeium, M. Crassum, C. Caesarem.	64/59?–17/12? a. D. Livius
58–51 Caesaris bellum Gallicum	54–51 De re publica (Ciceronis primum opus philosophicum)
	ca. 53–19 Tibullus
	ca. 50–15? Propertius
49–48 Caesaris bellum civile (contra Pompeium)	
46. Caesar dictator factus.	
a. 44. Id. Mart. in Pompei curia Caesar occisus est XXIII vulneribus.	44. De officiis (Ciceronis opus ultimum philosophicum)
43–41 bella civilia	43–18 n. e. Ovidius

<b>Historia</b>	<b>Res litteraria, philosophia</b>
49–48 Caesaris bellum civile (contra Pompeium)	ca. 40–35 Sallustius scribit
31. Caesar Octavianus M. Antonium ad Actium classe vicit.	30–19 Aeneis
27. C. Caesar rebus compositis et omnibus provinciis in certam formam redactis Augustus quoque cognominatus est; et mensis Sextilis in honorem eius appellatus est.	23–13 Horatii Odae